

1430. circa 8. Januarij. Ex Arch. Cap. Wladis. 13.

10/1

Privilegium Venditionis Ferniki villa  
Episcopalis in Districtu Lagow et Ber:  
cow.



2

Nos Joannes de Sprowa iudex et Ja:  
nussius de Oleschnicka Subiudex terre San:  
Domiriensis Generales. Protestamur univer:  
sis, quibus expedit presentium per tenorem,  
Quia nobilis Nicolaus de Ostrow coram  
iudicio Terrestri personaliter comparendo  
sanus mente et corpore existens, non com:  
pulsus non coactus, nec aliquo dolo se:  
ductus, sed de bona et libera sua volunta:  
te recognovit publice, quod omnem su:  
am partem hereditatis, quam habuit in Fern:  
niki cum omni jure et dominio, nec non  
cum omnibus et singulis, utilitatibus cen:  
sibus, fructibus, redditibus obventioni:  
bus, et attinentijs universis, videlicet  
agris pratis, gajis, mericis, rubetis,  
virgultis, piscinis, molendinis, fluvij,  
aquis, rivulis et aquarum Decursibus,  
ac alijs attinentijs quibuscumque dican:  
tur nominibus, que modo ibidem sunt  
et in posterum fieri possunt, prout eadem  
pars in suis limitibus late longeque  
ac circumferentialiter est Distincta et  
limitata, nihil pro se vel consangui:  
neis



neis suis ibidem penitus reservando pro:  
trecentis maris mediõrum grossorum  
numeri Polonicae consueti, vendidit et  
in perpetuum resignavit, nobili Domino  
Andrea de Cronow heredi et ipsius legitime  
posteritati, ita tamen quod ipse Domi:  
nus Andreas suis cum successoribus di:  
ctam partem hereditatis iam dicta sic  
ut premittitur, tenebit, habebit, et  
in perpetuum possidebit pacifice et quie:  
te. Pro qua tamen parte hereditatis  
predicta idem Nicolaus eundem Dominum  
Andream Debebit intercedere et tueri  
a qualibet persona juxta juris formam,  
Harum quibus in testimonium nostra  
presentibus sigilla sunt appensa. Da:  
tum Sandomiria feria tertia proxima  
post festum Epiphaniæ Domini, Anno  
eiusdem Millesimo quadringentesimo  
trigesimo. Presentibus iis Dominis  
Grottone de Supiza, Paworkane de  
Chrobzani, Derlao de Lopathno, Joanne  
de Janowice, Andrea de ibidem, Lau:  
rentio de Sapignancze hereditibus, et  
alijs multis fide dignis.